

  
 VIPERÆ MASCULI IN-  
 ternorum Anatomes explicatio.

## CAP. XIX.


 N Masculi figura, & internorum anatome, A A, nobis testes designant, & eorum situs. X X, sunt vasa deferentia ipsum semen, varijs ex anfractibus constituta, quæ terminantur ad I & L, vasa præparantia semen in ipsis penis per suas venas, & Q & R, sunt duo penes, qui terminantur usq; ad radicem caudæ, & in summa eorum parte, M & N, sunt pelliculæ integentes penes, in parte anteriori sunt asperitates quædam, quemadmodum denotat littera, Z, & quando turgidi fiunt, aut extra violenter emittuntur, uti sæpe apud Paulum vidimus, penes hanc formam referre, Y, aspectu aspero, ut erinaceus. B B, ipsa penium orificia; sita sunt juxta anum. Y Y, sunt autem renes, & serositatum loca. H, est rectus intestinus. S, colon intestinum flexuosum, quod terminatur in sinistro. Z, splen annectitur ipsi colo, ad fundum stomachi. E, stomachus, seu ventriculus, qui sub Iecore latitat. Hanc unam masculi anatomen, eximius linguarum peritia, & scientiarum cognitione,

tione,